Universitätsbibliothek Paderborn

Acta pacis executionis publica, Oder Nürnbergische Friedens-Executions-Handlungen und Geschichte

in denen enthalten, wie und welchergestalt die würckliche Vollziehung des Westphälischen Friedens, sowohl in puncto Exauctorationis Militæ und Evacuationis Locorum, als auch und vornehmlich in dem hochwichtigen puncto Restitutionis ex Capite Amnestiæ & Gravaminum, geschehen ist, In einer ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover ; Tübingen, 1736

N.II. Kayserliche Erklärung und Project auf der Frantzösischen Gesandten letztere Declaration.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51459

Visual Library

1649. Majus.

Loco, Forma & Modo, zu reden, zuförderſt den Herrn Kayſerlichen das anzuzeigen, und ſie dabey zu erſuchen, weil der Zeit von Ihro Kayſerlichen Majeſtät keine ordentliche vollſtändige Convocation der Stände, auſſer der Herren Churfürſtlichen, geſchehen, daß ſie ſolche ermangelende Solennien ex autoritate Cæſareæ Majeſtatis ſuppliren wollten.

Wie nun den Herren Kayſerlichen der Chur-Fürſten und Stände itzige Erklärung in Dero ſämtlichen Nahmen durch den Chur-Mayntziſchen Abgeſandten, Herrn von Vorburg eröffnet, und ſowohl vor Ihro Kayſerlichen Majeſtät allergnädigſt hoch-rühmlichſte Sorgfalt, als auch der Herren Legaten hohe Bemühung geziemenden Danck geſaget, und das Werck de meliori recommendiret: iſt ſolches alles gar wol aufgenommen worden, und von den Herren Kayſerlichen geantwortet, wie ſie ſelbſten für nothwendig hielten, das man eheſtens collegialiter zuſammen treten, und von der Sache nothdürfftig deliberiren ſolle; und obwohl die gehörige Requiſita, ſo ſonſt dergleichen Zuſammenkunfft erforderte, das mahl nicht vorhergangen, ſo hätten jedoch Ihro Kayſerliche Majeſtät ihnen allergnädigſt anbefohlen, mit Chur-Fürſten und Ständen aus hieſiger Handlung gebührend zu communiciren, und ihren hoch-vernünfftigen Einrath zu gebrauchen, daher ſolcher defect verhoffentlich hiedurch würde ſuppliret ſeyn, und wollten ſie es auch Ihro Kayſerlichen Majeſtät allerunterthänigſt hinterbringen.

Iſt alſo vor dießmahl dergeſtalt dabey geblieben, daß die Chur-Mayntziſche förderlichſt den Ort und die Stunde der Zuſammenkunfft wißlich machen wollen: und wolle zu allen Rathſchlägen und Handlungen GOtt Gnade verleihen, und das gantze Werck zu gewünſchtem Ende hinausführen. Signatum &c. &c.

N. II.

Kayſerliche Erklärung und Project, auf der Frantzöſiſchen Geſandten letztere Declaration.

N. II. Kayſerliches Project an die Frantzoſen.

Notum ſit univerſis & ſingulis, quorum intereſt aut quovis modo intereſſe poteſt, cum in Pace Monaſterienſi die 24. Menſ. Octob. Anno 1648. inter alia cautum fuerit, ut utriusque Partis Plenipotentiarii intra tempus concluſæ & ratificandæ Pacis, de modo, tempore & ſecuritate Reſtitutionis Locorum & Exauctoratione militiæ inter ſe convenirent, ita ut utraque Pars ſecura eſſe poſſit, omnia quæ conventa fuerint, ſincere adimpletum iri: & ex parte Sacræ Cæſareæ Majeſtatis *&c.* ex parte verò Regis Chriſtianiſſimi *&c.* in loco ad hoc deſtinato, nimirum Noribergæ comparuerint, negotium hoc inter ipſos transactum eſt modo ſequenti.

1. Fiat *Exauctoratio Militiæ & Locorum reſtitutio* tribus temporum intervallis, ſitque *primus terminus*, dies viceſima menſis Junii currentis, *ſecundus* ultima ejusdem, *tertius* decimus dies proximè inſequentis menſis Julii.

2) Exauctoratio militiæ fiat in præſentia utriusque Partis Commiſſariorum, nec tamen eorundem abſentia retardetur. Pro ſua vero ſecuritate Sacra Cæſarea Majeſtas pronunc retinebit aria aut quatuor millia Equitum, quamdiu Suæ Cæſareæ Majeſtati neceſſarium viſum fuerit, nec enim minorem numerum & amplitudo Provinciarum & præſens rerum ſtatus admittunt.

3) Dentur utrinque Obſides idonei pro ſecuritate reſtitutionis locorum, tribusque temporum intervallis, uti præfatum, omnia utriusque Partis militaria præſidia pari paſſu, ſpacio unius diei, educantur, eo modo & ordine, qui in Deſignatione à Cæſareis Legatis exhibita continetur: Idem etiam in eductione Præſidiariorum obſervetur, quod in Pace Monaſterienſi

ART.

1649. Majus. *ART. XII. §. 9. vers. Tenenantur*, ſancitum reperitur. Ea vero, quæ ad Satiſfactionem militiæ Sueciæ pertinent, nullum reſpectu Regis Chriſtianiſſimi, ſortiantur effectum. Quodſi verò Imperator autoritate ſua apud Regem Catholicum, ut Frankenthalium in tertio, quo collocatum eſt, termino, Domino Carolo Ludovico S. R. J. Electori reſtitueretur, tunc temporis nondum effeciſſet, pro ſecuritate tamen Domini Electoris Sacra Cæſarea Majeſtas eidem conſignabit N. tamdiu poſſidendum & detinendum, donec Frankenthalium ipſi reſtituatur, quem in finem Imperator, prout hactenus, ita & in poſterum, apud Regem Catholicum omnem operam impendet atque autoritate ſua efficiet, ut quamprimum reſtituatur. 1649. Majus.

4) Siquæ loca reſtitutioni obnoxia in ſupra memorata Deſignatione nominatim expreſſa non ſint, ea nihilominus, ubicunque ſita ſint, cum aliis reſtituantur; Interim autem fiat deſcriptio mobilium in locis reſtituendis exiſtentium, juxta leges Pacis, vel reſtituendorum vel exportandorum, in præſentia utriusque Partis Commiſſariorum.

5) Ex capite Amniſtiæ & Gravaminum nondum reſtituti, ſive Catholici ſive Auguſtanæ Confeſſioni addicti, quatenus Factum Poſſeſſionis Anno 1624. in caſibus Inſtrumento Pacis clarè comprehenſis, per Documenta & Teſtes in continenti docebunt, per Commiſſarios Executionis, juxta arctiorem exequendi modum, ſine mora reſtituantur. Nec tamen Evacuatio Locorum & Exauctoratio Militiæ propterea ullo modo differatur aut impediatur.

6) Hæc omnia & ſingula, certò & infallibiliter obſervatum atque executioni demandatum, iri utriusque Partis Plenipotentiarii, vigore ſuorum Mandatorum hinc inde commutatorum, verbo Imperatorio Regioque, nec non ſub obligatione Generalis Guarantiæ in Pace Monaſterienſi *Artic. 13.* ſancita promittunt, & in horum omnium & ſingulorum fidem præſens Transactionis Inſtrumentum, manibus ſigillisque propriis ſignârunt. Acta ſunt hæc Noribergæ die - - menſis Junii Anno 1649.

Adjunctum N. I.

Deſignatio Locorum reſtituendorum in PRIMO TERMINO.

Ex parte *IMPERATORIS.*

Lindavia.
Auguſta Vindelicorum.
Memminga.
Ratisbona.
Hohen-Asberg.
Wildenſteinum.
Hohenzollern.
Rothweilum.
Offenburgum.
Aſchenberga.
Schilddacum.
Hornberga.
Auracum.
Heidelberga.
Manheimum.
Ladeburgum.
Bercken.

Ex parte *REGIS CHRISTIANISSIMI.*

Moguntia.
Binga.
Heilbrunna.
Schorendorff.
Höchſta.
Hotheim, Caſtrum.
Neoburgum.
Germersheimum.
Neoſtadium.
In Auſtriacæ Domus Ditionibus.
Fridelsheimum, Caſtrum.
Oppenheimum.
Alzei.
Bacchi Ara.
Utzberga Caſtrum.
Diedesheimum.
Madeburg, Caſtrum.
Schomburg, Caſtrum.